



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

12. De clausura monialium & prohibito ingressu intra claustra  
monachorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

sa secundum iura agendum sit, possunt dare, quia non est prohibitum illis.

- 3 Si religiosus absque licentia Prælati in testamento ad causas profanas atq; in iudicio testimoniu interponat, male agit, sed interpositio testimonii valet.
- 4 Munus tabellionis Religiosus non amplius potest exercere, valent tamen illius acta.
- 5 Religiosus nec iudex esse potest, nec cassessor, nisi cum consensu Prælati, & in causa spectante ad monasterii utilitatem.
- 6 Licet Religiosus ordinariè non possit esse arbitrius (à partibus constitutus ut secundum iuris terminos sententiam ferat) potest tamen esse arbitrator (nempe amicabilis compositor à partibus electus, ut pro bono pacis seruandæ vnius iuri demere & alterius buere possit vitatam tamen lassione magna).
- 7 Prælati Ordinum constitui possunt iudices conservatores (dicti sic, qui in Ecclesiasticis ex Papæ voluntate miserabilium personarum pupillorum & causam contra iniusto vexantes suscipiant ac defendant.

## C A P. XII.

### *De Clausura monialium.*

**I** Clausura Monialibus, professis, conueritis omnibus severissimè præcipitur nisi ob necessitatem causam licentiā ab ordinario Prælato, Episcopo, obtentā fuerit; Causa legitima est pestis, lepra periculum, item incendii, hæreticorum incursum; Sed ad aerem mirandum ob morbum periculosum non potest permitti egressus, quia S. Canones significant, causam, ob quam egressus permittipossit, de-

bere esse publicam, aliter egredientes ex communica-  
tionem reseruatam Papæ incurunt.

Ingressus intra claustra Monialium sub excom-  
municatione prohibitus est, præterquam si ob cau-  
sam ne effitatis licentia ab Ordinario in scriptis ob-  
tentia sit; Excipe pueros ante rationis usum: Episco-  
pus ob iustum causam cum sociis ingredi potest, sa-  
cerdos ad communicandum, Medicus, Chirurgus,  
fabriferrarei ob necessaria.

Consuetudines de Clausura Monialium & pro-  
hibito ingressu intra septa Monasterii Monialium,  
non ubiq; quo ad omnem modum receptæ sunt.

De ingressu mulierum intra claustra virorum Re-  
gularium non ita constat sub mortali & excommu-  
nicatione prohibitum esse. Nam in pœnibibus no-  
mine masculino non comprehenditur fœmininum  
constitutio Pii V. quoad prohibitionem istam in  
Germania recepta non est.

Certi casus sunt, quibus seculares ad Regulari-  
um vicorum habitationes siue scandalo & peccato  
admittuntur. V.C. Primò Reginæ cum comitatu.  
Secondò Fundatrices monasterii. Tertiò, Aliæ fœ-  
minæ illustres cum Comitatu. Quartò, in sepul-  
tura Ecclesiastica simul admittuntur mulieres comi-  
tantes. Quintò, si Religiosi in residentia viuunt  
monasterio nondum constituto. Honestæ etiam  
mulieres seposito scandalo possunt admitti ad au-  
lam Abbatis secundum à claustro.

### C A P . XIII.

#### *De Religiosis eiectis & fugitiis.*

R eligiosi ob iustas causas à Religione per sentéti-  
am eiici possunt. 1. In crimine notorio incorri-  
gibiles